







178

1. u

2.

3.

4.

9. 2  
3. 0

4. 0

5. 0



1780.

1. Bausa, Gerhardo : De iuris utroque alterum tantum secundum ius Romanum, Germanicum universale ac Francofurtense.
2. Buesner, J. G. L. T. : Ueber die Anzahl der Zeugen beim Buxes : Ein Programm. ~~Widert~~ einer Anzeige seiner Vorlesungen auf Sommer-Halbjahr 1780.
3. <sup>9. 2.</sup> Heuber, Henricus : De iure circa sacra in specie de iure reformandi exercitium religionis cum amicus quod imperatori statusque S. R. I. competat.  
2 Inempl. 1 Defect
4. Hesse, Christoph. Christian : De litis contestatione an et quatenus bona fidei proteritorum per eam in mala fide constituantur.
5. <sup>5. 6.</sup> Martens, Georgius Rodericus : De foro S. R. I. principum cum subditis omni litigantium. 2 Inempl. 1 Defect.

MS.  
S.  
E.

6. Mehl, Fredericus Augustus : Fudicium familiae  
exercituae ex § 20. J. de act. propter dam.
7. Menze, Ludovicus : De temporibus legitimis ex  
Statutis Lubecensibus collectis eorumque cum dispo-  
sitione, tum convenientia cum jure civili.
8. Oesterley, Georgius Henricus : De castrorum in Ger-  
mania jurebus.
9. Oldenburg, Vincentius : De reversione jurium proce-  
cipue in causis cambialibus.
10. Post, Henricus Gerhardus, d. : De cura amplissimi  
senatus Bremensis circa rem nauticam.
11. Puetter, Joannes Stephanus : Jovini Anselmi Günther,  
Nicolai de Grefen, Henrici Hander, Frederici Augusti  
Mehl . . . solennia inauguralia indert; praee-  
missae commentationis : De instauratione imperii

Romani sub Carlo III. et Ottobus facta ejusque effe-  
ctus parte I: de valore juris Romani in Germa-  
nia tanquam effecta erroneae de translatio ad Ger-  
manos imperio Romano opinionis.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





12

1780, / 1

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
VSVRIS VLTRA  
ALTERVM TANTVM

SECVNDVM  
IVS ROMANVM, GERMANICVM  
VNIVERSALE AC FRANCOFVRTENSE

P. 44.

QVAM  
SVB AVSPICIIS REGIIS  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRO  
SVMMIS IN UTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

PVBLCICE DEFENDET

GERHARDVS BANSA

MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

DIE II. SEPTEMBR. MDCCLXXX.

GOETTINGAE,  
EXCVDEBAT I. A. BARMEIER.



2

DISSERTATIO INAVGVRAHS  
DE  
VSVRIS VLTIA  
ALTEPVM TANTVM

STVDIVM  
VS ROMANVM GERMANICVM  
VNIERSITATE AC FRANCOVRTENSE


AVTORITATE  
SVB ASSPICIIS REGIS  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRO  
SVMMIS IN VTROVE IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

PVBLCI DEFENDIT  
GERRHARDVS BALSAS  
MORNO-FRANCOVRTENSIS

DE II SEPTEMBR. MDCCCLXX.

COPTINGAE  
EXCVDETAT I. A. BARMHEER



Handwritten marks: a large '4' and a smaller '2' with a flourish.



INCLYTAE  
SACRI ROMANI IMPERII LIBERAE CIVITATIS  
FRANCOFVRTANAE

SENATVI SPLENDIDISSIMO

DOMINIS  
PERILLVSTIBVS, EXCELLENTISSIMIS,  
GENEROSISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
CONSVLTISSIMIS

PRAETORI

CONSVLIBVS

SCABINIS

SYNDICIS

SENATORIBVS

PATRIAE PATRIBVS

PATRONIS SVIS INDVLGENTISSIMIS  
FAVENTISSIMIS

INCLYTAE  
LIBELLVM HVNC  
FRANCOFVRTIANAE

OMNI QVA DECET REVERENTIA ET OBSERVANTIA

DEVOTISSIMA MENTE

PRÆTORI  
CONSULIBVS

SCABINIS  
SYNDICIS

SENATORIBVS  
PATRIAE PATRIBVS

Author.





§. I.

**S**i ulla unquam materia litibus ansam praebuit, certe est illa de *duratione usurarum*, nec ulla est in qua maior dissensus Jureconsultorum. Plurimi iam operam impenderunt\*. Nihilominus operae pretium erit, rem ipsam penitus explorare, ac fontes ipsos\*\*, investigare. Quum tamen, uti ego quidem sentio, Jura romana et Germanica sint discrepantia, praemissis prius iis, quae ius romanum spectant, ad Jus Germanicum me convertam, ac tum tandem de patrio iure agam.

§. II.

\* Inter quos praecipui sunt, OTTO BUHRMANN, HENRIC. HAHN, JO. STRAUCHIUS, et JO. OTTO FABER.

\*\* Nimirum LEGES 10, 29 et 30. Cod. de usuris, NOVELLAS 121, 138 et 160, nec non §§. 170. usque ad 175. RECESS. IMP. NOVISS.

## §. II.

Ante omnia sciendum est, quid intelligatur sub usuris alterum tantum efficientibus, BUDAËUS putat eas tum adesse, si usurae per se duplicem aestimationem fortis efficiant; hoc autem Legibus non convenire probavit STEPHANUS\*, et indubitatum est argumentum quod ex L. 10. Cod. de usur. desumit; clarior tamen res evadit si NOVELLA 121. adiungitur, ibi enim computatio ipsa invenitur, quae omne dubium tollit.

## §. III.

Jus Romanum usuras ultra alterum tantum non admittere ex Lege 26. §. 1. ff. de condict. indeb. L. 9. ff. de usur. et L. 4. §. 1. ff. de naut. foen. et L. 27. §. 1. Cod. de usur. clarum redditur, idque extra omnem dubitationis aleam positum est, si solutione per plurimos annos dilata, usurae non solutae tantam constituunt summam, quae non tantum adaequat sed superat quoque fortem. De usuris tali modo residuis clarae sunt Legum romanarum dispositiones, consentaneae Jureconsultorum opiniones. In eo autem maximopere dissentiunt: an usurae ultra alterum tantum eo quoque in casu, ubi iam solutae sunt, currere vetantur; Doctores nonnulli et inter eos praecipue LEYSERUS omnes omnino usuras ultra alterum tantum damnant, etiamsi solutae sint; nullo facto discrimine, sint ne quotannis solutae an particulariter, i. e. quum iam Residuum *alterum tantum* confecit. Legem claram, etsi duram, usum servandam

\* In Comm. ad NOV. pag. 634.

dam esse statuentes \*. Plurimi contra ea talem constitutionem aequitati non convenire ac usu fori non servari contendunt. Agmen eorum qui in unam alteramve partem abeunt referre in animo non est, id potius agens, ut propriam sententiam salvo iudicio rectius sententium proponam.

§. IV.

Certum est Legem 10. Cod. de usur. cursum usurarum per tempora solutarum, ultra alterum tantum admittere, atque eo magis indubitatum, quum ne unus quidem existat Jureconsultus, qui hoc in dubium vocare audeat. Contra ea autem omnes aliae Leges romanae, quoad usuras particulariter solutas, *contrarium* statuunt (L. 29. L. 30. Cod. de usur. Nov. 121, 138. et 160.). Haecce Antinomia, si meam sententiam pro viribus dicere fas est, tum plane tollitur, si duplex ponitur casus, alter ubi singulis annis usurae solutae, alter ubi usurae ad tantam molem accreverunt, ut sortem superent. De priori casu in dubitate loquitur Lex 10. Cod. de usur. quum caeterae Leges, uti ego puto, posteriorem casum pro obiecto habere videntur. Ut tamen haec omnia eo clariora evadant, leges ipsae examinandae erunt, juncta interpretatione doctrinali.

§. V.

Prima obvenit Lex 10. Cod. de usuris, in qua explicanda, uti iam dictum est, Doctores omnes adeo conveniunt

\* LEYS, spec. 248. med. I.



niunt quod solutae quotannis usurae in infinitum durare possint, ut ne unus quidem in contrarium allegari possit. Quum tamen ibi expressio: *per tempora*: occurrat, quae quoque in Nov. 121. et 138. obvia est, non abs re esse credo, si probare audeam, quod verba: *per tempora*: simpliciter posita, idem indicent, ac *certis conventis temporibus*. Nam non solum idem vocabulum: *tempus*: in L. 6. §. 1. ff. de his qui notantur infamia, eundem sensum praebet, sed quoque analogia, quae in Lege 3. §. 1. ff. de ann. leg. occurrit hanc sententiam corroborat\*. Certum enim est quod locutio generalis eam determinationem accipere debeat, quae negotio magis convenit, ideoque si de temporibus sermo est, potius ea de quibus conventum est, quam illa quae ex arbitrio partium dependent, intelligenda sunt. Ante omnia autem notandum est, quod generalis haec expressio in plurali posita sit, pluralis autem numerus, simpliciter positus, nisi aliud quid evidentissime probari possit, easdem species comprehendit. Legislator ipse in Nov. 121. et 138. verbis: *per tempora*: simpliciter positus non usus est, sed de alio casu loquens vocabulum: *diversa*: adposuit.

### §. VI.

Lex 29. Cod. de usur. casum plane ab hoc alienum praesupponit, nam sanctioni, quod usurae minutim ac per intervalla solutae compensentur cum duplo, sequentia verba satis clara adiungit: *et si universae simul solutae non fuerint*. Ultima haec verba praesupponunt, quod universae simul solvi potuissent.

\* Vid. quoque BRISSONIVS de verbor. signific. voc. *tempus*.



potuissent, ac ideo, eiusmodi casum pro obiecto habent, in quo residuum usurarum non solutarum in tantam molem accrevit, quae sortem superavit. In dubium hoc vocari non potest, nam si quaevis verba ita sunt accipienda ut aliquid operentur \*) certo hoc tum praecipue admittendum est, si alias conflictus Legum existeret. Lex insequens 30. de usuris exceptionem solum sinit, ac eatenus tantum memorabilis est, quatenus Novellae 160. mentionem facit.

§ VII.

Quoad Novellas 121. 138. et 160. in genere notandum est, quod glossatae non sint \*\*). In foro igitur omni usu destituuntur \*\*\*). Quod autem Nov. 138. in specie attinet, unanimiter Doctores conveniunt, quod vim Legis non habeat \*\*\*\*). Etsi ex deductis appareat, quod allegatae novellae omni usu destituantur, attamen earum tenorem inspicere in animo est. Monendum tamen, eas eo quod collocatae sunt ordine non esse latas \*\*\*\*\*) in specie hoc de Nov. 121. 138. et 160. asserendum est, uti ex Chronologia quae in STEPHANI Commentario ad Novellas p.

752.

\*) MEV. Conf. 63. n. 28.

\*\*) PAGENST. Sicil. manip. 4. pag. 17.

\*\*\*) LAUTERB. Coll. Th. Pr. prolegom. §. 6. n. 4. pp. 1.

STRYCK. Annot. ad Laut. ed. d. 1717. pag. 5.

\*\*\*\*) LAUTERB. all. l. ibiq. alleg. RITTERSHUS. ad Nov. 9. c. 30.

\*\*\*\*\*) SONNEM. Jur. Novell. proem. §. 5.

B



752. obvia est, constat. Ibi dicitur quod Nov. 121. anno 541. promulgata sit, quum de Nov. 138. et 160. nihil certi constet, nisi eas forsitan in annum 537. collocare velis.

### §. VIII.

Novella 160. abs qua primordium capio, pro obiecto habet usuras annuatim solutas \*), quippe quarum compensatio cum duplo interdicitur, in casu ubi civitas creditrix fuit. Haud mihi persuadere possum, quod sanctio lila, singulare quoad Civitates Jus condere voluerit, potius omnis in eo sum, quod haec dispositio quoscunque creditores spectet.

Sequentes rationes me moverunt: 1) Legislator ipse incertus est quo referre debeat talem conventionem, nefcit, an pactum, vel creditum, vel usuras appellare debeat. Quo tamen facile carere potuisset, si privilegium concedere voluisset, hoc enim in casu de natura negotii minus sollicitus esse ac nudis verbis declarare potuisset, quod sanctio generalis, ad Civitates applicari haud debeat. Hoc quum non factum, sed ex natura negotii ratio deprompta sit, certe ubi idem casus quoad alias personas occurrit, idem sentiendum est, quia Legislator non Civitatem sed negotium pro obiecto habuit, 2) Expressis verbis dicitur: quod Leges antiquiores *de creditoribus* et de iis *qui in ea comprehenduntur casibus* latae sint. Non simpliciter dicit Legislator de creditoribus latae esse veteres constitutiones, alias a contrario argumentari licuisset, quod in civitate sin-

\*) LEYSER sp. 248. med. 3.

gulare quid statuere voluerit, sed iungit verba: *qui in ea comprehenduntur casibus*, igitur casum hic diversum ab illo qui in antiquioribus sanctionibus invenitur perspicue indicat; ex quo sequitur, quod aliud hic statuatur non ex eo fundamento, quia Civitas Creditrix est sed ex eo quia casuum diversitas reperitur; pergit enim Legislator 3) sequentem in modum: *praesens* (i. e. constitutio) *speciem illam non attingit*, hocque non ex singulari ratione, quia Civitas pecuniam collocavit, sed ob rationem ex natura negotii desumptam, quia nimirum (uti verba sunt) *haec species magis annuo redditui quam usurarum praestationi similis videtur*. Quum igitur omnes rationes ex natura negotii, nulla ex notione Civitatis desumatur, statuendum est, 4) quod generaliter idem obtineat, ubi idem negotium subest, donec probetur quod actus ipse aliam induat naturam, si civitas creditrix sit. Tandem 5) meam sententiam firmat L. 30. Cod. de usur. ubi Legislator ad Nov. 160. sese referens non dicit, excipi civitatem, sed potius, excipi id quod positum est in Nov. 160. nempe casus usurarum quotannis solutarum.

§. IX.

Novellae 121. et 138. in eo conveniunt, quod in utraque usurarum per diversa tempora solutarum mentio fiat. Jam supra §. 5. dictum est, quod verba: *per tempora*: idem denotent ac conventis temporibus vel annuatim, quia simpliciter posita sunt. Hic autem ubi vocabulum: *diversum*: appositum est, putandum, quod de solutione sermo sit, quae cum uno eodemque tempore fieri potuisset, diversis temporibus facta est. Id saltem cer-

tissimum est; quod de annua solutione haec Novella intelligi nequeat, nam *annua solutio* eundem terminum praesupponit, ac *eadem tempora*, igitur sub locutione: *diversa tempora*: talis solutio annua comprehendi nequit. Ipse STEPHANVS in explicanda Novella 121. concedit, quod solutio per diversa tempora ejusmodi sit solutio ubi usurae non suo die sive debito tempore solutae sunt (vid. ej. Comment. ad Nov. 121. n. 1.) meam igitur firmat sententiam, etsi in eo aberret quod Legi 10. Cod. de usur. eundem tribuat sensum. Huic sententiae non contrariatur, vocabulum *particulariter* in Nov. 121. obvniens: nam pars praesupponit ideam totius, et si mentio sit particularis solutionis, praesumendum est, quod licet totum solvi poterit, non tamen aliter quam per partes solutio facta sit. Clarius hoc evadit, si l. 30. Cod. de usur. evolvatur, ibi expressis dicitur verbis, quod particularis solutio, ad constituendum duplum in computum veniat, sub particulari solutione autem non comprehendi casum, de quo in Nov. 160. dictum est; hancece autem Novellam de annua solutione loqui ac generaliter esse concipiendam in Spho. antecedenti dictum est.

§. X.

Non dubito fore qui ex casu in Nov. 121. obvni-ente contrarium deduci posse credant, afferentes quod annua solutio praesumenda sit, quia *Demetrius* unam usurarum partem, *liberi* autem eius alteram partem solverint, sed salva res est. Nam hoc praetermissio, quod iam tempore Demetrii moles usurarum, usque ad alterum tantum existere, ideoque id quod solvit Demetrius pars eius-

modi

modi residui esse potuerit, rem ex chronologia Legum deducere conabor. Evidens enim est, quod Codex anno 534. promulgatus sit. Novella autem 121. anno 541. lata est. In tam brevi tempore septem annorum usurae alterum tantum constituentes, si etiam centesimas ponimus, existere non potuerunt. De iis autem, quae ante annum 534. solutae sunt, quaestio esse non potest, quia Lex in praeteritum trahi non debet. Igitur statuendum est, quod *residuum usurarum* tantam summam constituerit.

## §. XI

Tandem considerandum est, quod in Nov. 121. cap. 1. anterioris constitutionis fiat mentio, quae usuras ultra alterum tantum prohibuit. De Lege 10. Cod. de usuris fermo hic esse nequit, quia haec lex in casu proposito contrarium statuit; igitur sanctionem, quae in L. pen. Cod. de usur. extat, in mente habuisse legislatorem, certissimum est, uti quoque sentit GOTHOFRED. in not. 34. ad dict. Novell. Haec modo dicta anterior constitutio non corrigitur sed tantum declaratur (Epilog. in Nov. 121.) et ideo Novella de eodem obiecto interpretanda est, supra autem §. 6. docui, quod Lex 29. Cod. de usur. non nisi de illis intelligenda sit usuris quarum summa non soluta duplum cum forte constituit.

## §. XII.

Haecce interpretatio eo magis locum habere debet quia in ratione Legum fundata est. Jura enim Romana idagunt, ut ne Debitores qui magnum aes alienum con-



traxerunt nimis usuris graventur. Non gravatur autem qui quotannis solvit. Maxima quoque ex contraria sententia oriretur iniquitas, nam Debitores, ex accepta pecunia cum damno creditoris utilitatem perciperent. Ponas enim casum, quod iam tot usurae solutae sint, quae fortem adaequant, tum creditor certe sibi pecuniam reddi curabit. Debitor si vir probus hancce restitutionem sortis non denegabit, si improbus in Lege se fundare, rem in Litem deducere ac pecunia cum praeiudicio tertii uti potest. Non autem statuere debemus, quod Leges fraudibus inferviant, potius omnis alia interpretatio capienda est. Tandem si contrarietas in nonnullis Legibus civilibus adesse videtur, ita conciliatio instituenda, ut minimum a Jure naturali deflectatur: si autem ex una parte aequum est, ut debitor nimio usurarum adhuc residuarum cursu haud gravetur, certe ex altera parte iniquissimum foret, si Debitor, cum facile solvere possit, aliena pecunia in praeiudicium tertii uteretur.

### §. XIII.

Jus Romanum secundum deducta sancit, quod usurae ultra alterum tantum peti possint, si earum residuum tantam molem constituit, quae fortem superat, et quod nunc nec particularis solutio ad excludendum hoc beneficium allegari possit. De usuris autem quotannis solutis, contrarium statuitur (L. 29. C. de usur. Nov. 160.) et haecce sententia calculo optimorum Jureconsultorum firmatur: BARBOSA Thesaur. voc. usura. ax. 5.) etsi non desint, qui contrarium statuunt, inter quos LEYSERVS \*)

\*) Spec. 248. med. r.

et TABOR de altero tanto praecipui sunt. Quoad Jura germanica longe alia est rerum facies, nam usurae absque discrimine, utrum solutio facta sit nec ne, ultra alterum tantum currere possunt, adeo ut nec Legis interpretationem requirant, quae tamen uti infra §. 20. dicendum erit in causis ad Archidicasteria devolutis, requiritur.

#### §. XIV.

Ut hocce meum assertum probetur, Recessus Imperii novissimus penitus explorandus erit. Quum autem ad interpretationem doctrinalem cuiusvis sanctionis multum faciat, historia Legis \*) praemittendum esse censeo, quod constitutio R. I. N. §. 170. usq. 175. pro obiecto habeat, a) Debitores pauperatos (J. P. O. art. 8. §. 5. P. M. §. 66. R. I. N. §. 171.) b) Debita plus quam tricenaria, quod ex eo patet, quia creditoribus non obstare debet praescriptio (R. I. N. §. 172.) c) usuras residuas tot vel plurium annorum (P. M. §. 66. junct. §. 170. R. I. N.) d) usuras semifrales ad minimum, quia earum quantitas ad 5. per Centum reducta est (R. I. N. §. 174.) tandem e) quod Caesar et status imperii eum eligere voluerint modum usurarum, quo Debitores minimum gravarentur (arg. §. 170. R. I. N.)

#### §. XVI.

His positis quoad usuras solutas expresse sancitum est, quod in iis nec repetitio nec detractio locum habere debeat,

\*) Strubens Neben-Stund. Part. 4. Abh. 30. §. 5.

beat. Quum autem de debitis, quae plus quam per tringenta annos subsistebant sermo sit (§. praec. litt. b) et c.) certe eo ipso constitutum est, quod usurae, quae si quinquages tantum ponas, in viginti annis duplum constituunt, ultra alterum tantum currere possint, quia non tantum deductio prohibita, sed cursus quoque ulterior in futurum tempus stabilitus est. (R. I. N. §. 174.) Meam sententiam autoritate Jureconsultorum *Altdorfensium* firmo. Hi enim \*) eodem utuntur argumento, subiungentes ex §. 174. R. I. N. quod Jus Romanum receptum non sit.

§. XVI.

Longius autem progredior ego, et quod cursus usurarum ultra alterum tantum indistincte obtineat, sive solutae sint usurae sive minus, ex argumento Rec. Imp. novissimi probari posse credo. Ante omnia praemittendum est, quod Legislatores eum modum usurarum statuere voverint, qui Debitores magis sublevaret. Condicio autem eorum minus durior reddita fuisset, si quoad usuras non solutas, principia Juris Romani secuta fuissent, nam tum tantum loco sortis 100 Florenor. in genere solvi debuissent 200 Floreni inclusis usuris, quum secundum Rec. Imp. si Debitum triginta annorum supponitur, non tantum fors solvi debet et usurarum pars quarta, sed quoque usurae in futurum.

§. XVII.

Sancitur quoque in §. 171. R. I. N., quod illis debitoribus, qui calamitates bellicas haud perpeffi sunt, hoc be-

\*) in Consil. Part. 2, Consil. 14 n. 37. 59.



beneficium non concessum sit. De personis eiusdem conditionis sermonem esse non dubitandum. Illi igitur, qui ob bellicas calamitates fortunis non lapsi sunt, etsi tantum aes alienum contraxerint quantum caeteri (nempe ex solutione usurarum omissa per triginta et plures annos vid. supra §, 14. lit. b, et c.) ad solutionem adigi debent. Quum autem Beneficium Juris Romani pinguius sit, illo beneficio quod Recess, Imp. Nov. indulget, certe hi debitores, quorum nullam haberi rationem supra dictus Recessus imp. jubet, melioris essent conditionis, ac illi, quibus Lex subvenire vult. Quod cum non statui possit, potius credendum, cursum usurarum ultra alterum tantum sese extendere posse.

## §. XVIII.

Si autem computatio instituitur omne dubium tollitur. Ponas quaelo casum ubi fors 100 Florenorum existit, tum usurae residuae si semissales ponis quae ad minimum ante annum 1654. stipulae sunt (R. I. N. §. 174) quadraginta in circa annorum, efficient summam 240 Florenorum. Quarta tantum pars exigi debet; Igitur 60 Floreni solvendi. Addas his usuras currentes ad quincunces redactas per decem annos cum Florenis 50, et jam habes dispositionem ubi usurae ultra alterum tantum ascendant. In eo autem non substitit Recessus Imperii, sed effluxis his decem annis terminum ponit, ubi non tantum usurae residuae quoad partem, sed quoque currentes solvi debent, quae alterum tantum, uti quilibet videt magis augent. Sors autem nihilominus solvi debet. (R. I. N. §. 173. n. 3.)

C

## §. XIX.



§. XIX.  
 Tanquam argumentum adduci quoque meretur tenor  
 Conc. Ord. Cam. Part. 3. tit. 60. §. 2. et R. Dep. Spir. d.  
 1600. §. 139. ubi indulgetur creditori, quod tanquam In-  
 teresse plus quam quincunces usuras petere possit. Uti in  
 Camera Imper. d. 7. Jul. 1770. in causa *David und Frantz*  
*MALAPART c. Remigium und Henrich Gebrüder Barthels*  
*octo per centum*, et d. 29. May 1726. in imperio Consil.  
 aul. in causa *Rhost von Eisenhart contra von Mohrenfeld*  
 12. floreni per centum annuatim concessi sunt (v. Cram. Tom.  
 I. obs. 100.). Cum vero lites ut plurimum non nisi per  
 multas annorum decades finiantur, certe Legislatōres  
 haud bene ei qui damnum fecit prospexissent, si usuras  
 ultra alterum tantum concedere noluisent. Nam si viginti  
 quinque ponis annos, creditor cui beses vel centesima  
 usurae conceduntur, plus non acciperet, ac si quincunces  
 ei solverentur. Ex quo, non tantum argumentum pro  
 mea sententia desumitur, sed quoque ulterius fluit, quod  
 iura romana, quae etiam cursum usurarum tanquam inter-  
 esse damnant, in usu non sint.

§. XX.

Praxis quoque archidicaasteriorum cum hacce senten-  
 tia consentanea est; nam de Camera Imperiali hocce testa-  
 tur L. B. DE Cramer Tom. I. obs. 202. et de Consilio Imp.  
 aulico adsunt praeiudicia in causa *Lorschicher Erben* contra  
*Hoppeische Erben* de anno 1779. et in causa *Rau von und*  
*zu Holzhausen* contra *von Nolting* d. 30. Oct. 1776.; In-  
 terpellationem tamen requirunt, ubi CRAMER alleg. loc.  
 extraiudicalem pro sufficienti declarat.

§. XXI.

Quam constitutiones Imperii in tota Germania† valeant, ac praeiudicia supremorum Iudiciorum Imperii maxime attendenda sunt\* praecipue in dubiis iuris quaestionibus\*\* adeo ut pro iure communi haberi posse dicant (CONS. ARG. Tom. 2. Conf. 86. n. 30. HARPPR. ad §. 6. l. de hered. qual. n. 22.). Non est dubium, quin ubique usurae etsi non solutae, alterum tantum superare possint. Plurimis in regionibus expressa adest Sanctio, uti de Marchia ac de Ducatu Magdeburgico testatur STRYCK.\*\*\*

§. XXII.

In urbe patria, doctrina de altero tanto haud incognita est, et licet haec controversia legibus expressis haud decisa sit duo tamen in hac materia adferre possum praeiudicia. Unum in causa *von Eck* contra Naveröfsky d. 6. Sept. 1773. et alterum in causa *Lippoldischer Erben* contra *Schwieckardt* d. 4. Mart. 1774. ubi decretum: *Es soll*

† Et quidem eo se extendit observantia universalis constitutionum imperii, ut ne quidem constitutio, seu statutum in contrarium ei derogare possit; prout accidit a. 1750. et seq. in causa *Pfefferkorn und Leisler* contra *Westphal*, ubi beneficium non deducta deducendi et non probata probandi, quod iuxta Recess. Imp. de 1600. et 1654. partibus competit, licet per Edictum Senatus Francof. d. 6. Mart. 1725. abolitum sit, tamen litigantibus concessum est. (D. ORTH'S *Rechtshandel* part. 10. p. 981. lq.) Idem novissimum exemplum extat in causa *Schneider* contra *Müllerische* Curatores per rescriptum clementissimum d. d. 6. Novembr. 1779.

\* MEV. Resp. 20. n. 2.

\*\* KLOCK col. 2. C. 88. n. 18.

\*\*\* Caut. contr. Sect. 2. c. 1. §. 28.

eine Subsidiar-Citation dahin erlassen werden, daß sich Schwickardt über Capital, Interessen usque ad alterum tantum und verursachten Kosten erklären solle. Tertia superaddi possit sententia in causa Friederichs Erben contra Wedding d. 6. Sept. 1775. quae tamen, quum reus propter damnum ex incendio passum, particularis quoque solutionis particeps factus sit, magis exceptionem quam regulam fitt: haecce solum eam ob causam praemittere volui, quo constet, quod debitorum obaeratorum ratio si aequitati consentanea, etiam in patria habeatur.

§. XXIII.

Minime autem ex his quae §pho praeced. involvuntur credendum est, quod indistincte cursus usurarum ultra alterum tantum prohibitus sit. Nam hocce locum non habet, nisi moles usurarum tanta sit priusquam res in iudicium deducta fuerit. Utraque priora praeiudicia hoc indigent, in specie posterius, ubi de usuris ultra alterum tantum mentio fit, et quidem de usuris solvendis. Haec omnia autem residuas tantum usuras spectant, nam solutae usurae nunquam ad constituendum alterum tantum in patria admittuntur. Clarae quidem Leges Francofurti non existunt, attamen ex Ref. Part. 2. Tit. II. §. II. argumentari licet, quod solutae usurae maiorem favorem habeant, quum enim usurarum quantitas maius adferat debitori praeiudicium, quam earum duratio, certe si ibi indebite solutum condici non potest, multo magis hoc in duratione minus odiosa locum invenire debet. Praxis quoque huic sententiae patrocinatur, nam quotidie fere obvii sunt casus ubi debitores ad solutionem usurarum condemnantur, etsi vel per triginta vel plures annos usuras solverint. Nemo hic  
obii-

obiicere potest, quod forsitan reus exceptionem omiserit, et quod ideo iudex eam praeteriverit. Iudex enim talem exceptionem ex officio supplere solet, uti praeiudicium *Lippoldischer Erben* contra *Schwickardt* docet (vid. §. anteced.).

## §. XXIV.

Ex omnibus huc usque allatis patet, quid secundum iura tam romana et germanica quam patria obtineat, in specie quid FRANCOFURTI, si usurae non solutae ad tantam molem accreverint, ut sortem superent, secundum tenorem iuris romani iudicetur. Patriae, eorumque locorum ubi eadem opinio in praxi recepta est, rationem habens, brevissimis subiungere in animo est, quae doctrinam de altero tanto spectant.

## §. XXV.

Debitum quoddam requiri non est quod dicam. Tale autem esse debet eiusmodi debitum quod valide in iudicium deduci potest. Nam si debitum nullum; neque fors neque usurae debentur. Sic iudaei christiano mutuum dare non debent, nisi instrumentum iudicialiter conficiatur. Generaliter hoc sanciunt Leges imperii (R. I. d. 1551. §. 78. et 79.) specialiter autem in patria hocce obtinet, nam non solum Concl. Sen. d. 15. Jan. 1726. eo tendit, sed praxis quoque consentanea (Praeiud. in dem I. Ch. Schneiderschen Debitwesen d. 6. Sept. 1773. et sententia in causa *Gumperts* contra *Westenburger* d. 6. Sept. 1777. ubi et pigno-

pignorum redditio iniuncta est. In cambiis quidem non observatur haec dispositio, nisi quoad opifices, qui minus quam 2000. florenos in bonis habent (Concl. Sen. d. 12. May 1739. *Franckfurter Wechselordn.* d. 1739. §. 8.). Cambia enim eiusmodi hominum Chirographorum naturam induunt et iudaei easdem observare tenentur solemnitates, ac in aliis chirographis. Non quidem inficias ibo, quod huic legi obstet Concl. Conf. Imp. Aul. d. a. 1740. quum vero hoc conclusum decisionem non contineat, praxis sese legibus supra adductis confirmavit, ac tale cambiabile Debitum pro nullo declaravit (sent. in causa *Berliüscher Wittib* contra creditores mariti d. 3. Mart. 1769). Requiritur tamen cambium, circa quod, mutuo consensu, terminus pluries prorogatus est, nam alias haec exceptio, ob praescriptionem quinquennalem in cambiis exulat.

### §. XXVI.

Requiritur quoque fors; ideoque in annuis redditibus, locum non invenit (Nov. 160.) atque beneficium hoc debitoribus indultum fideiussoribus quoque prodest.

### §. XXVII.

Plures passim occurrunt *exceptiones* a regula supra tradita, quas examinare volo: primo contendunt Doctores hocce Beneficium exulare si *civitas creditrix* fuerit vel *ecclesia* vel *pia causa* &c. ob Novellam 160. Ego quidem supra §. 8. . . . ostendi quod haec sanctio nihil particulare tribuerit civitati. Mecum quodammodo facit LEY-

SERVS,

SERVS, qui spec. 248. Med. 3. hocce privilegium tunc demum civitati tribuere vult, si usurae solutae; eo ipso autem innuit, quod Legislator magis casum existentem, usurarum solutarum, quam personam civitatis prae oculis habuerit. Aliam exceptionem sistunt Jureconfulti quoad usuras, quae tanquam *interesse* petuntur, sed in vitis Legibus Romanis, nam ex L. un. Cod. *de sent. quae pro eo, quod int.* contrarium evincitur (LEYS. spec. 250. Med. 3. COCCÉJI Jur. contr. Tit. de usuris quaest. 8.). Tertia fingitur exceptio in *debitore moroso*, (*Strubens rechtl. Bed. Tom. I. Bed. 123.*) sed haec quoque exceptio, si romana spectaveris iura, non fundata est, quod adeo verum, ut nec iudicialis interpellatio contrarium operetur (LEYSER spec. 248. m. 4.). Tandem nec mutatio creditoris aliud efficere potest, si cessio simplex intervenierit, quia cessionarius plus iuris, ac ipse cedens habere nequit. De eo autem casu ubi debitor alium creditorem eligit §. sequenti verba faciam.

§. XXVIII.

Fit nempe saepius, ut debitores sibi alium quaerant creditorem, quod duplici fieri potest modo, aliquando nimirum debitum antiquius annullatur, saepius autem, quando creditor anterior ad instantiam debitoris iura cedit. Uterque casus eundem habent effectum, et usurae respectu novi creditoris de novo currere incipiunt. Cautela tamen est a creditoribus merito observanda, ut cessioni inferi curent mentionem solutionis ad instantiam debitoris factae. Nam non tantum quoad usurarum cursum, sed quoque

quoque quoad solemnitates alias necessarias sibi optime consulit talis creditor, (Concl. sen. typ. expr. d. 3. Decemb. 1776.) quia saltem a probandi onere liberatur.

§. XXIX.

Plurimi Doctores renunciationem pro sufficienti declarant, atque ipse TABOR qui strenue doctrinam de altero tanto defendit, in hac opinione sese fundat, eamque sequitur illustris auctor annotat: ad Reform. Francofurt. de patria optime meritus (*Anmerkk. zur Franckf. Reformat. Tom. I. pag. 466.*). Attamen cum pace tanti viri dicendum est, quod haec opinio contraria sit L. 26. §. 3. ff. de cond. indeb. ibi enim expressis verbis statuitur, quod de usuris ultra alterum tantum nemo stipulari possit. Quid autem aliud est talis stipulatio a legibus interdicta, ac renuntiatio tacita. Hanc sententiam adeo veram puto, ut ne quidem cursum usurarum ultra alterum tantum durare existimem, si annullato instrumento, novum conficiatur, in quo usurae in sortem computantur, uti casus in Nov. 121. probat, ubi nova Sygrapha reddi debuit.







## THESES

ex iure civili depromtae.

- I. *Solius voluptatis causa servitus constitui nequit.*
  - II. *Vestimentorum qua talium ususfructus verus est.*
  - III. *Si privilegium datum est, neque constat utrum reale sit an personale, in dubio illud pro personali habendum, sive sit gratuitum sive onerosum.*
  - IV. *Pactum de non praesumendo evicione est vauum.*
  - V. *Mulier in codicillis testis esse nequit.*
  - VI. *In servitute oneris ferendi dominus praedii servientis refectionem pacto suscipere potest, ipsa vero servitus eam haud continet.*
  - VII. *Donatio simplex a parentibus facta non est conferenda.*
  - VIII. *Prodigus testis est idoneus ubi ad veritatem dicendam producitur.*
  - IX. *Qui liberos generare non potest, ille nec adoptionem potest peragere.*
  - X. *Ususfructus, per cessionem eius extraneo factam non finitur.*
  - XI. *In contractu aestimatorio dominium non transfertur.*
  - XII. *Ignorantia iuris si quid est solutum, conditione indebiti repeti non potest.*
-



THESES  
ex iure civili deprimuntur.

- I. Solus voluntatis causa fortius constituit iuridicam.
- II. Elementorum pars latius interpretanda non est.
- III. Si privilegium datum est, neque constitutum tenet.
- IV. In personis, in re illud quo per se habet.
- V. In re, per se, in personis, in re, in personis.
- VI. Partes de non personis, in re, in personis.
- VII. Mater in contractibus testis est, in personis.
- VIII. In re, in personis, in re, in personis, in re, in personis.
- IX. Mater in contractibus testis est, in personis.
- X. Mater in contractibus testis est, in personis.
- XI. Mater in contractibus testis est, in personis.
- XII. Mater in contractibus testis est, in personis.

LIBRARY  
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG

UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG

Göttingen, Diss., 1780


ULB Halle  
005 301 424

3



Sb.







12

1780, 11

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
VSVRIS VLTRA  
ALTERVM TANTVM

SECVNDVM  
IVS ROMANVM, GERMANICVM  
VNIVERSALE AC FRANCOFVRTENSE

P. 44.

QVAM  
*SVB AVSPICIIS REGIIS*  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

PVBLCICE DEFENDET  
**GERHARDVS BANSA**  
MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

DIE II. SEPTEMBR. MDCCLXXX.

GOETTINGAE,  
EXCVDEBAT I. A. BARMEIER.

